



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 48. Finalis decleratio S. Facultatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. „ tim ac fuerint edita, debita reve- „
 A. C. 1730. „ rentia offerrent, simulque Facultatis „
 „ Deputati sua acta deferrent tum Emi- „
 „ nentissimo Regni Administro, Emi- „
 „ nentissimisque tribus aliis Cardinali- „
 „ bus, quos suos inter Magistros anno „
 „ merare gloriatur S. Ordo, tum etiam Il- „
 „ lustrissimo Archiepiscopo Parisiensi ipse „
 „ que declarandum, rem fore admodum „
 „ honorificam & gratam S. Facultati „
 „ si, fervatis, quæ servata sunt tem- „
 „ pore Illustrissimi Harlæi Archiepiscopi „
 „ Parisiensis, vellet Lauream Doctori- „
 „ lem adipisci, seseque numero Magistro- „
 „ rum adjungere; voluit insuper Decanus „
 „ ut iidem curent Deputati deferri cum „
 „ omni honore eadem exemplaria Il- „
 „ lustrissimis Franciæ Cancellario, & Re- „
 „ giorum sigillorum Custodi, omnibus „
 „ Regni Administris, Illustrissimo Proto- „
 „ prælidi Senatus Parisiensis, & Re- „
 „ giis Triumviris ac Procuratori Cæ- „
 „ tholico., „

§. XLVIII.

Finalis declaratio S. Facultatis.

Postquam hæc omnia in variis co- „
 „ mitiis gesta fuissent, Decanus no- „
 „ mine totius Facultatis sequentem de- „
 „ clarationem typis promulgari jussit: „
 „ Patebit proculdubio iis omnibus „
 „ qui „

„qui hæc Acta præsentia lecturi sunt, Sæc. XVIII.
 „S. Facultatis Magistros Constitutioni A. C. 1730.

„*Unigenitus* obsequentes numero cete-
 „ris Dissidentibus longe prævalere. Hi
 „enim quantumvis hætenus omnem
 „moverint lapidein, ut suffragia suæ
 „causæ faventia undequaque corrade-
 „rent, vix nomina centum Magistro-
 „tum potuerunt obtinere. Ex hoc
 „autem numero ferme dimidia pars
 „eorum est Magistrorum, qui vel in
 „Comitiis sacræ Facultatis jus ferendi
 „suffragii nondum habent, vel sunt
 „ab octo annis & amplius ejusdem
 „juris prærogativa destituti: quin &
 „adhuc detrahendi sunt non pauci,
 „tum, & illi, qui scriptis ad DD. Syn-
 „dicum privatis Epistolis, quas penes
 „se servat, declarant, apertis verbis
 „perperam omnino inscribi eorum no-
 „mina vel in Instrumento protestato-
 „rio, vel in Libello supplici, oblato
 „Senatui Parisiensi, cum certum sit neu-
 „tri Instrumento eos usquam subscrip-
 „sisse, tum etiam & illi qui a Comitiis
 „die prima Martii celebratis subscrip-
 „tionem suam plane revocarunt, se
 „seque Decretis a sacra Facultate latis
 „adhærere sponte & ultro profitentur.
 „Curabitur ut publici juris fiat quam-
 „primum accuratus Catalogus eorum
 „Magistrorum, qui ad mentem de-
 „creti

Sæc. XVIII. „creti die decima quinta Decembris

A C. 1730. „ 1729. vel viva voce, vel scripto

„stati sunt, se corde & animo obsequen-

„tes esse Constitutioni *Unigenitus*, tan-

„quam Decreto dogmatico Universitatis

„Ecclesiæ; addentur & eorum similia

„nomina, qui statim atque Decreta præ-

„sentia receperint, eidem adhæsione

„accedere properabunt. „

„Id unum in præsentiarum suffici-

„observare. I. Nonaginta quinque

„Magistros in Comitibus die 15. De-

„cembris 1729. II. Septendecim in Co-

„mitibus die 1. & 16. Januarii 1730.

„III, Quatuordecim in Comitibus 1. Febr-

„& IV. Triginta septem in Comitibus

„primæ Martii sese ad eandem senten-

„tiam adjunxisse; unde jam confectus

„numerum effici Magistrorum ultra

„centum & sexaginta, qui corde ma-

„gno & animo volenti se Constitutioni

„*Unigenitus* obsequentes esse palam

„aperte gloriantur, atque ex iis bene-

„multos Deo optimo maximo, singulis

„diebus grates rependere ob acceptum

„singulare beneficium, quo, agnita ve-

„ritate, causam prorsus conclamant

„tam deseruere, quæ proh dolor! e-

„unice tendit, ut animi, præfractio-

„ni subordinationis vinculo, spretoque

„debita Ecclesiæ Decretis & Super-

„ribus legitimis obedientia, nihil ali-

„præ-

„præter schisma, rebellionem, ac dis- Sæc. XVIII.
 „sensiones spirent.“ A. C. 1730.

§. XLIX.

*Epistola Facultatis Theologicæ Pa-
 risiensis ad Universitatis Colo-
 niensem & Pragensem.*

His feliciter confectis mox die prima
 Septembris nomine Decani, om-
 niumque Magistrorum Syndicus Uni-
 versitates Coloniensem & Pragensem
 de plena sua submissione certiores red-
 didit, datis ad eas hisce literis:

*Decanus & Facultas Theologorum Pa-
 risiensium celeberrimæ Studii Colonien-
 sium Universitati salutem plurimam in eo, qui
 convertit luctum nostrum in gaudium.*

„Si juxta monitum sapientiæ, cu-
 „ram habere debeamus de bono nomine.
 „Tum maxime cum famæ nostræ asper-
 „sam labem novimus, in iis quæ Re-
 „ligionis & fidei nostræ integritatem
 „spectant, in quibus, ut ait D. Hiero-
 „nymus: *Nefas est quemquam esse pa-*
 „tientem. Cum igitur ex iis, quæ statim
 „ab obitu Ludovici XIV. invictissimi
 „Galliarum Regis in nostra Theologica
 „Parisiensi Facultate adversus Consti-
 „tutionem *Unigenitas* a nonnullis tur-
 „bulentis tentata sunt, iste rumor in-
 „faustus de Parisiensibus Theologis per
 O 3 „uni-